

Dotem à patre assignatam filiabus præsumi congruam * renunciant, Spad. *conf.* 87, n. 4. lib. 2, & *conf.* 174, n. 16, libro 3. Donad. *ad renunciat. cap.* 10, sub n. 36, *vers. cum illa dos.* Ciarlin. *controvers.* 97, n. 1, Treutler. *conf.* 36, n. 18, & *seq.* ubi quod filia non possit conqueri, & debeat esse contenta, Joan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. libro* 2, cap. 98, n. 37, Burat. *decis.* 94, nu. 2. Georg. Mund. *dicto consilio* 10, n. 400, usque ad 406. ubi quod filia non possit reclamare etiam læsa ultra dimidiam lib. 2. Andr. Censal. *decis.* Lucen. 66, num. 10. ubi quod alio non edocto dos à patre assignata præsumatur congrua, Mart. Ventur. *dicto consilio* 12, nu. 25. Caren. *resolut.* 148, n. primo. Barz. *decis.* 29, ex n. 20, ubi quod filia dote per patrem sibi assignata omnino contenta esse debeat, Caroc. *decis.* 16, n. 1, in fine, ubi quod patri nequeat opponi de incompetencia dotis, quod repetit Fontanell. *de pact. nupt. clausul.* 5, gloss. 8, part. 1, n. 24, & *seq.* potissimum n. 30, tomo 2. Giovagn. *conf.* 99, n. 44, lib. 1, Merlin. Pignatell. *controvers.* 3, n. 4, libro primo, ubi quod filia donationi paternæ omnino acquiescere quemadmodum ita pluries iudicatum refert, Rota *decisione* 262, n. 8, part. 9, tomo primo, *recent.* ubi quod à patre constituta præsumatur congrua dum aliud non probatur, & in *dicta Romana dotis* 29 Januarii 1652, n. 1, Verospio, & post alios latissime prosequitur Auctor hic n. 15, & *seq.* ubi concludit prædictam opinionem sibi non placere, nisi in dubio, at quando ex circumstantiis in hac materia considerandis verè liquet de incongruitate dotis, quod tunc filia liceat reclamare adversus constitutionem dotis per patrem incongruè initam.

Tandem à *dicto* n. 15, usque ad finem, §. inquirat Auctor, ut congrua dos dicatur legitima, & æqualis esse * debeat; in quo quidem articulo tres casus distinguerem, quorum primus est quando in dotis constitutione jus commune duntaxat inspicit debet, & tunc dos ut dicatur congrua legitima necessariò correspondere debet, aut major legitima congruenter constituatur, ut prosequitur Auctor hic à nu. 27. Ripol. *var. resolut. capite* 9, n. 68, Gratian. *discept.* 945, n. 2, & 13, ubi quod dos minor legitima constitui possit, si ita consuetudine inductum fuerit, quod repetit Hodiern. *ad l. hac edictali quest.* 26, n. 20, Treutler. *conf.* 37, n. 216, Cyriac. *controvers.* 71, num. 43, Fenzon. *ad statut. Urb. cap.* 141, n. 4, Buratt. *decis.* 844, n. 11, Rota post Merlin. *de legitim. decis.* 74. Secundus casus est quando extat statutum filias excludens * propter masculos, prævia tamen earum dotatione, & dos succedit loco legitima, & tunc dos minor legitima esse nequit, ut concludit Merlin. *de legitimatone libro* tertio, titulo primo, *quest.* 13, n. 8, in fine; Tertius demum casus est, quando extat statutum penitus * excludens fœminas, extantibus masculis, & mandanseas competenter dotari & adhuc constitui debet ad proportionem legitima, alias fœminæ congruenter dotatæ non dicerentur, ut post alios animadvertunt Cyriac. *controvers.* 391, n. 3, & *controv.* 507, n. 9, Merlin. 886, n. 13, Rota apud Merlin. *de legitim. dict. decis.* 74, num. 4, & 5. Nec exinde sequitur quicquam contrarium superius dictis, quod nimirum filia qualitercunque dotata * à patre dotationi acquiescere, nam conclusio à nobis firmata procedit post contractas per filiam cum dote sibi assignata honestas nuptias, nulla enim subest ratio cur constanter matrimonio de dotis incongruitate conqueri

valeat, Spad. *d. conf.* 174, n. 19, lib. 3. Treutler. *d. conf.* 37, n. 80, & 81. Cyriac. *controvers.* 510, n. 6, Fufar. *conf.* 171, n. 1, & per totum, Carol. Bos. *de matrim. cap.* 11. Georg. Mund. *d. conf.* 10, ex n. 379, præcipuè n. 388, in fine, lib. 2. Merlin. *de legitim. lib.* 3, tit. 1, *quest.* 12, n. 36, & exinde sequitur quod dote jam per patrem filia constituta usque adeò congrua præsumatur, ut in dubium ulterius revocari nequeat, & faciunt tradita per Rotam in *d. Anconitana Salviani, seu domorum* 11 Maii 1657, §. nihilque refert. Melio.

Cæterum ubi circa dotis congruitatem disputare contingit * quoddam tempus mortis, scilicet iudicationibus inspicit debeat à nu. 18, ad sequentes, examinat Auctor afferendo diversos casus, Spad. *conf.* 331, n. 4, lib. 2. Ciarlin. *controvers.* 97, n. 4, & *seqq.* Treutler. *dicto consilio* 37, nu. 224. Rota *decis.* 150, n. 12, part. 9, tom. 1, *recent.* repetita apud Royas *decis.* 193, n. 7, & in *d. Anconitana Salviani, seu domorum* 24, Aprilis 1654, §. nam subsidium. Peutingero. Et 11 Maii 1657, §. At frustratorum *vers.* quod quando dos. Melio. Ubi concludunt quod attendatur tempus dotationis, Fufar. *conf.* 117, num. 5, latissime Donad. *de renunciat. cap.* 8, num. 7, & *seq.*

CAPUT XXXVI. §. 8.

SUMMARIUM.

- 1 Dos constituitur ingrediendi Religionem ex bonis fideicommissis ascendentium subjectis. Revertitur ad substitutos si moriatur ante professionem numero 3. Fallit ut nu. 4. Contrarium qui teneant nu. 5. Et quid resolutum fuerit per Sacram Congregationem.
- 2 Patrimonium Clerico constituitur ex fideicommissis, quod vivente Clerico durat num. 6.
- 7 Argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, & è contra valet; Limita ut numero 8. & num. 9.
- 10 Matrimonium spirituale plus favorabile est, quàm carnale.
- 11 Pater tenetur dotare filiam Monasterium ingrediendam.
- 12 Legatum relictum puellæ pro nuptiis eidem debetur si Monasterium ingrediatur; Relictum pauperibus, aut consanguineis mulieribus pro dote debetur etiam ingrediendibus Monasterium n. 13. Sed contra num. 14.
- 15 Regressus non datur renuncianti jura sua.
- 16 Renunciatio fideicommissi non valet nisi data scientia ejusdem.
- 17 Insinuatio in renunciatione requiritur. Declarata ut numero 18.
- 19 Pactum reversivum rei renunciatae ad renunciantem non habet effectum, quando ultimus renunciarius expressè disposuit.

DOTEM ex bonis fideicommissis obnoxiiis ingrediendi * Religionem constitui posse post alios cum fundamentis statuit Auctor hic ex nu. primo. Monet. *de commut. ultim. voluntat. capite* nono, numero 211, *questione* tertia, *conclusionem* 16. col. 1020, Mar. Cutell. *de donat. tomo* primo, *discursu* 2, part. 12, nu. 61, & *seq.* Donad. *de renunciat. cap.* 27, n. 126. Pelizzar. *de monialibus capite* 3, numero 48. Cancr. *variar. resolution. lib.* 3, *capite* 11, nu. 213, *vers.* Et pater, Carol. Bos. *de matrim.*

matrim. capite 11, numero 273, *vers.* sicut pro dote. Censal. *ad Peregr. de fideicommiss. artic.* 42, fol. 285, *versic.* Sexta sit conclusio. Ubi post Cutell. idem procedere vult pro constitutione patrimonii ad effectum promovendi filium ad Sacros Ordines; quia ubi pater bona libera non habet, potest constituere filio patrimonium ex fideicommissis, * ita tamen quod post obitum Sacerdotis bona eadem sub vinculo fideicommissi redeant, Ramon. *conf.* 1, in fine, Censal. *de fideicommiss. ad Peregr. dicto art.* 42, *versic.* hæc conclusio.

Idem quoque affirmandum videtur, si Monialis ante emillam * professionem moriatur, quia tunc dos ad substitutos revertitur, Menoch. *consilio* 396, numero 9. Honded. *consilio* 94, numero 8, libro 1, & *consilio* 73, numero 18, lib. 2. Cost. *de retrotract. cas.* 3, *capite* 9, n. 14. Fontanell. *de pact. nupt. clausula* 5, glossa 1, *partitio* 1, n. 66. tomo secundo. Sanchez *in præcept. Decalog. tomo* secundo, libro 7, *capite* 3, nu. 97. Cutell. *de donat. part.* 1, *discurs.* 2, *partic.* 12, nu. 73. Censal. *ad Peregr. de fideicommiss. artic.* 42, *vers.* hanc declarationem fol. 285. Quod tamen limitationem recipit, * nisi novitia existens in articulo mortis in vim privilegiorum professionem emitat, nam tunc bona, seu dos sic professæ exclusis ab intestato venientibus ad Monasterium spectat, Sanchez *in præcept. Decalog. libro* 5, *capite* 4, sub nu. 16. *versic.* At existimo, Rovit. *decis.* 40. Pelizzar. *de profess. cap.* 2, *quest.* 3, & in tractat. *de Monialibus capite* 9, n. 18. Tamburin. *de jur. Abbatis. disputat.* 4, *quest.* 6, n. 10, & *seq.* Faust. *in thesaur. Religion. libro* 5, *quest.* 157, n. 4. Dian. *particula* 3, tractat. 2, *resolut.* 17, fol. 316, & *part.* 5, tract. 3, *resolut.* 139, fol. 96. Bordon. *variar. resolut.* 54, n. 49, & *seq.* Ventrigl. *in prax. annot.* 46, §. unico n. 18. Nec quod contrarium alii contentant, * & velint dotes etiam Monasteriis solutas esse restituendas venientibus ab intestato, Sperell. *post alios decis.* 16, numero 24, Barbos. *de univers. jur. Eccles. lib.* 1, *capite* 42, n. 178, quicquam officit, siquidem priorem sententiam ultra mox allegatos plures alii sequuntur cumulari per Ciarlin. *controvers.* 193, ex numero 22. Botillier. *de success. ab intest.* *capite* 2, *Theoremata.* 72, n. 5. Verum cum aliter à Sacra Congregatione resolutum * extiterit, quod nimirum bona Monasterio ex hujusmodi professione in articulo mortis secuta non acquirantur, sed ad hæredes ab intestato devolvantur, Lezzana *in summ. quest. regul. capite* 25, n. 39, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 101, n. 34, in fine, & *de univers. jur. Eccles. libro* 1, *capite* 42, n. 138, ubi quod ita censuit Sacra Concilii Congregatio Montis Regalis 13 Novembris 1627, Carol. Caruf. *in sylv. termin. arb.* 12, n. 13, & *arb.* 13, n. 10. Cutell. *de donat. tract.* 1, *discurs.* 2, part. 3, sub n. 99, *vers.* Hoc si facta, Antoninus de Marin. *variar. resolut.* 138, nu. 8, & *seq. lib.* 2. Ubi per distinctionem controversiam conciliat ideò cogitandum erit.

Inter rationes, & fundamenta ad corroborandam conclusionem, juxta quam etiam pro dote spirituali ingrediendibus liberis adducit Auctor hic nu. 2, quia argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, * & è contra de jure procedit, Spad. *consilio* 74, numero 1, in fine, libro 3. Giovagn. *consil.* 51, n. 30, lib. 1, ad rem, *Viv. decis.* 255, n. 39. Sess. *decis.* 45, n. 24. Jacobus Gall. *conf.* 43, n. 3. Cyriac. *controv.* 504, n. 48, & *seq.* Sperell. *decis.* 79, n. 19. Fufar. *de substit. quest.* 429, n. 22, & *conf.* 141, n. 4. Rota *decis.*

107, n. 5, part. 2, *divers. & decis.* 115, n. 2, in fine, part. 2, *recent.* Antonin. de Marin. *resolutione* 138, numero 3, lib. 2. Genuen. *in prax. tricen.* 5, *questione* 158, nu. 2. tricen. 9, *quest.* 261, n. 2, & *tricen.* 26, nu. 2, *quest.* 778. Larr. *decis.* 63, nu. 4. Camarat. *respons. decis.* 3, n. 15, Marant. *responsione* 38, n. 34, lib. 2. & isti tres ex professo concludunt argumentum à matrimonio carnali ad spirituale * regulariter procedere, sed specialiter limitant quando agitur de nullitate matrimonii, quippe quoniam quando de nullitate matrimonii carnalis controvertitur, etiam tertius pro suo interesse auditur, secus verò ubi iudicium versatur circa nullitatem matrimonii spiritualis, quia tunc tertius nullatenus admititur.

Sicuti argumentum à matrimonio carnali ad spirituale * non concludit quoad quantitatem dotis, Giovagn. *conf.* 56, nu. 42, lib. 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12, tit. 21, n. 30, & *sequent.* Thesaur. *quest. forens.* 60, numero 15, & *per totam, libro* 1, Rota *decis.* 249, n. 7, & *decis.* 480, nu. 9, in fine, part. 2, *recent.* Ludovif. *decisione* 63, nu. 2, & 3, cum adductis per Auctorem, §. *sequenti* ex nu. 21, Sess. *dicta decis.* 45, n. 51, ubi quod non procedat argumentum à carnali matrimonio ad spirituale, ubi agitur de odio tertii. In reliquis verò matrimonium spirituale favorabilius * reputatur, quàm carnale, quemadmodum subdit Auctor hic n. 3, Menoch. *de præsumpt.* 189, numero 91, lib. 4. Sanchez *de matrim. libro* 4, *disputat.* 26, sub nu. 7, *vers.* & ratio est. Ciarlin. *controvers.* 193, num. 20, & 21.

Hinc pater filiam Monasterium ingredientem non minus * dotare obstringitur, quam quæ matrimonio temporali copulatur, Menoch. *d. præsumpt.* 189, n. 91, lib. 4. Gutierrez *de matrim. capite* 80, n. 10, Cancr. *variar. resolut. capite* 11, n. 211, part. 3, Pelizzar. *in tractat. de Monialibus cap.* 3, *sect.* 2, numero 50, *versic.* Ergo à fortiori, Ciarlin. *dicta controvers.* 193, numero 20. Carolus Bos. *de matrim. cap.* 11, num. 173, & optime prosequitur Auctor hic à numero 5, ad 8, ubi & ab inde usque ad n. 16, quærit an & quando legatum pro nuptiis carnalibus puellæ * relictum eidem Monasterium ingrediendi debeatur, qua de re diximus plura ad cap. 7, ubi concluditur deberi, quemadmodum præter ibi adductos, & alios à se congestos latius comprobatur, Carolus Bos. *de matrim. cap.* 11, à num. 622, usque ad 633, ubi aliter firmat quando legatum esset relictum puellæ, ut nuberet determinatæ personæ, ex quo videtur Testatorem intellexisse de nuptiis duntaxat carnalibus.

Tandem Auctor hic nu. 16, descendit in eam opinionem quod legatum dotis pauperibus, * aut consanguineis mulieribus relictum debeatur quoque Monasterium ingrediendibus, Genuen. *in prax. tricen.* 13, *questione* 387, sub numero 3, *versic.* mihi vero videtur. Contraria tamen opinio * magis communiter recipitur, quam sequuntur Mantic. *de conjecl. ultim. volunt. lib.* 8, tit. 5, sub numero 22, *vers.* item executores dati, & *lib.* 12, tit. 13, n. 5, Menoch. *d. præsumpt.* 189, n. 95, *prope finem, lib.* 4. Sanchez rejecta contraria opinione de *matrim. lib.* 1, *disputat.* 33, n. 32. Simon. *de Præx. de interpretat. ultim. volunt. lib.* 5, *dub.* 2, n. 77, fol. 489, Cavaler. *decis.* 401, n. 6, & *decis.* 417, n. 2, & 4, ubi idèo magis procedere in legato Italice concepto, à quelle si maritaranno, Thomat. *de executor. ultim. voluntat. tit.* 12, nu. 1209, & 1210, ubi se confundit, & corruptè Rotam adducit

adducit Barbof. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 83, n. 26, Carol. Boff. de matrim. cap. 11, n. 637, quamvis ipse ibidem n. 638. contrarium sustinere contendat.

In sequenti §. de renunciatione, plura exarantur. Unde hic solum succedit animadvertendum, 15 * quod renunciandi jura sua non amplius detur regressus, l. queritur 14, §. si venditor, ff. de edilit. edict. l. Papinianus 20, in fine, cum leg. seq. ff. de minor. Barthol. Silvat. consil. 48, n. 44, Joan. Bapt. Silvat. consil. 16, n. 24, & consil. 42, n. 18, Georg. Mund. consil. 7, n. 37, libro 1, Cyriac. controvers. 128, n. 31, Leoncill. decis. Ferrar. 64, n. 25, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 47, n. 37, Rota decis. 146, n. 2, part. 8, recent. repetita apud Carrillum decis. 132, & decis. 430, n. 30, partit. 9, tomo 2, recent. & coram Eminentiss. Otthob. decis. 198, n. 7, Royas decisione 158, n. 11, cum adductis in Romana fideicommissi 3. Decembris 1655, n. 1, Verospio. Nisi prætenderetur renunciatum fideicommissi nondum purificato: siquidem fideicommissum ante purificationem non comprehenditur in renunciatione * vocati ad illud, nisi renunciatus de contentis in Testamento fuerit certificatus ad tradita per nos aliis cumulatis, allegat. 14, n. 3, & 23, lib. 3, & nunc addo, Donad. de renunciat. cap. 31, num. 2, & per totum, Spad. consil. 50, à n. 41, ad 50, ubi plures fallentias recenset, lib. 1, & consil. 256, n. 15, & consil. 316, n. 5, seq. & per totum, lib. 3, Barthol. Silvat. dicto consil. 48, n. 41, & 42, Hodiern. controvers. 15, n. 16, Merlin. Pignatell. controvers. 61, n. 18, cent. 2, Fontanell. decis. 400, n. 9, & seq. Andr. Censal. decis. Lucen. 28, n. 13, & per totam. Ubi quando per divisionem fideicommissi renunciatum censetur, Tondut. resolut. civil. 161, sub n. 4, 5, & seq. par. 2, ubi ampliatur etiam ad clausulas generales, & juramentum, Michalor. de frat. partitione 3, capite 41, à n. 22, ad 37, Rota decis. 157, nu. 22, part. 8, & decis. 240, num. 41, & sequent. part. 9, tom. 1, & decisione 392, n. 2, & decisione 451, numero 4, usque ad 13, part. 9, tom. 2, recent. ubi qualiter aliunde probetur scientia fideicommissi in renunciante, & in dicta Romana fideicommissi 3. Decembris 1655, numero 2, & 4, Verospio.

Unde cum in renunciatione, quæ se habet uti 17 donatio, regulariter insinuatio * requiratur, Ludovil. decis. 15, n. 6, repetita decis. 38, par. 2, recent. Altograd. consilio 7, nu. 1, lib. 1, Giovagn. consil. 83, n. 7, lib. 1, Gallarat. de renunciat. lib. 2, cap. 4, n. 12, Cyriac. controvers. 128, numero 16, Hodiern. ad l. hac edictali questione 11, n. 101, & 102, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 11, nu. 43, Spad. consil. 58, n. 35, lib. 1, ubi quod insinuatio requiratur etiam in retrodonatione, Fufar. consilio 26, numero 30, Rota decis. 320, n. 24, 30, & sequent. & decis. 323, numero 50, partit. 6, recent. Tondut. resolutio. civil. 57, numero 1, Olea de cess. jur. titulo 8, questione 1, numero 16, Fontanell. decisio 39, numero 20, idem Tondut. resolutio. 139, numero 17, part. 2.

Non tamen insinuatio requiritur in renunciatione fideicommissi * renunciandi non adhuc delati, Gomef. var. resolut. tomo 2, capite 4, sub n. 10, vers. Secundo infero, fol. 177, Galvan. consilio 38, in fine, Carpan. ad statut. Mediolan. capite 324, numero 24, & 25, Rota decis. 320, n. 22, & decis. 323, n. 52, & sequent. part. 6, recent. & in Romana fideicommissi 3. Decembris 1655, numero 3, Verospio.

Pactum reversivum rei donatæ aut renunciatæ ad donantem * seu renunciantem non habet 19 effectum, quando renunciarius ultimus expressè de rebus renunciatis disposuit, Rota coram Merlin. decis. 894, nu. 6, & in Romana fideicommissi 3. Decembris 1655, n. 8, Verospio.

CAPUT XXXVI. §. 9.

SUMMARIUM.

- 1 Dos minor requiritur pro moniali, quam pro ea, quæ nubitur in seculo.
- 2 Renunciationes, quæ sunt ex causa ingressus in Religionem, censentur reales; Quæ sunt à nubentibus in seculo, ex causa læsionis rescinduntur num. 3.
- 4 Rota decis. 9. apud Tamburin. de jure Abbat. resertur, declaratur n. 14.
- 5 Renunciatio facta de bonis paternis ad fraternam non extenditur; Stipulata pro hæredibus intelligitur de descendentibus n. 6. Sed contra nu. 18. & n. 20, & 21. Feudi, vel emphyteusis Domino non suffragatur num. 19. Facta causa ingressus in Religionem solemnitates non requiritur num. 36. Nisi aliud consuetudo Regionis suadet num. 38. Strictam recipit interpretationem num. 7. Contra num. 40. Quarumcunque successionem capit etiam intestatam numero 10. Causa ingressus in Religionem perpetuo excludit num. 13. Jus de futuro non afficit num. 16. contra num. 17. Tribuens facultatem disponendi in extraneos, ab intestato quoque extraneos comprehendit num. 23.
- 8 Exceptio turbida renunciationis immisionem renunciandi non impedit contra num. 41.
- 9 Verba clara voluntatis questionem non admittunt.
- 11 Renunciarius ad libitum de bonis renunciatis disponere potest.
- 12 Renunciatus etiam successionibus ab intestato ulterius non admittitur.
- 15 Rotæ decisiones 47, & 48, apud Merlin. de legitim. in quibus terminis procedant.
- 22 Agnationem conservandæ ratio materiam aliis indifferentem differentem reddit; Non posita in dispositiva renunciationis non attenditur n. 34.
- 25 Dicitio quibuscumque addita verbo hæredibus facit renunciationem ad extraneos extensibilem. Amplia ut n. 31. Tam, & quam æqualitatem inducit inter successionem testamentariam, & ab intestato n. 24.
- 26 Hæredum appellatione extranei veniunt.
- 27 Expressio ejus quod tacite inest nihil operatur.
- 28 Clausula ad habendum in renunciatione appositam totalem bonorum abdicacionem, ac perpetuam indicat, plus operatur, quam dicitio quibuscumque n. 29.
- 30 Extraneus ad exclusionem renunciationis ut succedat vigore renunciationis receptæ pro hæredibus sufficit quod sit hæres.
- 32 Renunciationis causa finalis in Monialibus paupertas, cæteræ sunt impulsivæ, & concomitantes, numero 36.
- 35 Læsi in renunciatione facta per ingredientem Monasterium non militat.
- 37 Novitiam esse renunciantem qualiter probetur.

39 Agna-

39 Agnationem contrahentes in parte non expressam contempsisse non censetur.

Præfens quæstio hodie inutilis evadit, dum consuetudo inconcussa præexistit, juxta quam puellæ + cum longè minori dote monasteria ingrediuntur, quam nubendo secum afferant, quam quæstionem recensendo hinc inde Auctores utriusque sexus reassumpit Carol. Boff. de matr. cap. 11, à n. 697, & eandem examinavimus in annotat. ad cap. istud. §. 8, n. 9.

Cum igitur circa præmissa notandum quicquam non occurrat dum verò Auctor hic n. 24, & 25, insert, quod renunciationes ab ingredientibus Monasterium initæ nullatenus retractari valeant, aut peti supplementum + dotis, istud ex eo provenit, quia hujusmodi renunciationes ex causa ingressus in religionem subsecutæ reales regulariter, & abdicativæ cujuscumque Juris à renunciante reputantur, ut in proposito animadvertunt infiniti apud Donad. de renunciat. cap. 3, n. 8, & 9, Antonin. de Marin. resol. 191, n. 4, & sequent. lib. 2, & dicam infra num. 10, Camarar. respons. 21, §. unico num. 9, & per totum. Rot. coram Cardin. Otthobon. decis. 10, num. 29, & 30, Censal. consil. 5, nu. 30, & contrarium male defendit Joan. Franc. Andr. controvers. 310, n. 29, & 30, At non sic se habet quoad renunciationes emanatas à puellis + quæ in seculo nubunt, quippe quæ ex capite læsionis enormissimæ Juramento non obstant rescindi debent. Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 34, ex num. 75, Donad. de renunciat. cap. 80, ex nu. 1, & cap. 10, num. 1, & seq. Joan. Franc. Andr. controvers. 366, n. 12, & 13, Cæterum cum aliis scripserim circa materiam renunciationis, eadem hic subjicere opportunum duxi.

Nodus præsentis controversiæ vertentis inter Moniales sancti Vincentii, & D. Vivaldinum consistit in eo præcisè: An soror Aragona per ingressum in religionem bona sua, quamque succedendi spem abdicare intellexerit, ut non tam patrem, ejusque posteros utriusque sexus, verum etiam & extraneos in casum, qui successit sibi ipsi prælationem in succedendo habere voluerit. Partem ergo D. Vivaldini tanquam non 4 descendens, sed extranei renunciario + valde periculosam reddunt rationes adductæ per Rotam decis. 6, post iracundum. Tamburin. de jure Abbat. quæ secutus sum allegat. 30, n. 5, lib. 2.

Eoque magis, quia prædefuncto patre renunciario, ei supervixit Capitaneus Joannes ejus genitus mox vita functus, qui paternam hæreditatem adiecit, perque aditionem hujusmodi à fratre factam bona paternæ filii, ac respectivè fratris evaserunt, ad quæ renunciatio + extendi non videtur, ut post Rotam apud Merlin. de legitim. decis. 47, n. 7, & 48, num. 8, dicebam dicta allegat. 30, n. 4, lib. 2, & nunc addo Rotam apud Gilian. ad statut. Perus. decis. 96, n. 11, Merlin. decis. 22, n. 6, & decis. 62, n. 1.

Ratio non contemnenda subest, quia in hac materia renunciationis interposita stipulatio + per renunciarium pro suis hæredibus ad solos descendentes restringitur. Jacob. Gall. consil. 64, nu. 15, & sequent. Merlin. decis. 62, numer. 17, & sequent. cum cumulatis per Excellentiss. D. Banzolam partis adversæ Advocatum §. etenim dicta circa medium, quibus accedunt congesti per nos dicta allegat. 30, numer. 6, lib. 2, & ad rem optimè ratiocinatur eadem Rota di-

Melius ad Castellum de Alimentis.

ta decis. 6, nu. 28, apud Tamburin. de jure Abbat. batis.

Unde cum juxta juris dispositionem stricctissimam favore renunciantis interpretationem + recipiat, consequens ideò fit, ut extinctis descendentibus renunciarii, renunciatio ipsa resolvatur, Bursat. consil. 32, n. 40, Lanar. consil. 50, nu. 2, cum adductis per Rotam dicta decis. 6, num. 8, apud Tambur. de jur. Abb. & decis. 94, n. 5, apud Gilian. ad statut. Perus.

Omnique in casu ubi in præmissis aliqua superesset ambiguitas, utique exceptio + hujusmodi renunciationis tanquam indaginem requirens profundissimam immisionem forori, seu Monasterio ex illius persona vigore remedii, quorum bonorum remorari non deberet, Menoch. de adipisc. remed. 1, n. 108, Rota apud Gilian. ad statut. Perus. decis. 94, n. 10, præter Gratian. discept. 722, n. 21, & seq. Capyc. Galiot. controvers. 15, per totam lib. 2, ex adductis.

In quorum confutationem, & ad fundandam nostræ Principalis intentionem suppono pro constanti successionis paternæ non minus quam fraternæ etiam ab intestato hanc Monialem renunciatæ, ut expressè legitur in Instrumento renunciationis ibi, (quam ab intestato) quæ verba + uti apertissima nullam voluntatis quæstionem admittunt, l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de legat. 13, Rota decis. 45, sub nu. 5, versic. addebant aliqui ex dominis, part. 1, recent. & in terminis optimè ratiocinatur in Romana hæredit. de Toscanellis 21, Maii 1649, §. sed remouetur in fine coram R. P. D. Melio, & prius in Romana success. de Comitib. 23, Junii 1642, §. nec relevat coram Reverendiss. Dunozeo.

Qua etiam expressione hæreditatem ab intestato seclusa adhuc ex lectura ipsiusmet Instrumenti renunciationis talis renunciatio convinceretur ibi, vel alias quomodocumque & qualitercumque sibi provenientia, quæ omnes succedendi modos omnino comprehendunt, + sicque etiam 10 ab intestato successionem l. quidam in princ. ibique Gloss. in verbo quoquo modo ff. de fideicom. libert. Gratian. decis. March. 51, sub num. 17, versic. & dicta verba, Rot. decis. 714, n. 2, 6, & 9, p. 2, recent. apud Gilian. ad statut. Perus. decis. 95, n. 1, & per totam, & decis. 96, n. 5, & 6, & in Romana fid. de Incoronatis 5, Novembris 1639, §. sed propterea coram R. P. D. Pirovano, & in dicta Romana fid. de Toscanellis 31, Maii 1649, §. sed remouetur coram R. P. D. Melio.

Stante autem hujusmodi præsupposito inducibili, quemadmodum si Capitaneus Joannes de Aragona in extraneos de ejus bonis, + & hæreditate disposuit sub clypeo agnationis contemplatæ Moniali ad bona tunc controversa regressus denegaretur, ut egregiè ratiocinatur Dominus meus Alex. ex Joan. Franc. à Pont. consil. 39, num. 2, & consil. 40, n. 6, lib. 1, Mastrill. decis. 65, num. 16, quibus accedunt cumulati per Rotam apud Tambur. de jur. Abbat. dicta decis. 6, n. 20, & 26, & in Maceraten. Dec. 20, Junii 1644, §. Agnationis, itaque contemplatio coram Eminentiss. Otthob. nunc inter ejus impressas decis. 10, quæ magistraliter hunc articulum examinat, quem deinceps reassumpit, ac pluribus exornavit in d. Romana hæredit. de Toscanellis 31, Maii 1649, §. hincque insertur coram R. P. D. Melio.

Pari quoque ratione excluditur quantumvis non dispositio de ejus bonis intestatus obierit, & optimè objectum partis adversæ declinatur, quippe quod sibi locum non vindicat, quando

F

prout